

Bunt qui sibi iam plurima com

parare volumina statuerunt. a quorum profecto lectione sepius dictionum auertit ignorantia. fastidique animus legentis. cum orationis vocabula minus intelligat. Itaque ne libri quicquid nobilissimi fastidio lectoris arca recedenti rodantur tineis. ac commendantur ceteris ligni termentibus. iste omnium utilissimus liber vocabularius. cui nomen est Breuiloquus Basileae acri studio olim electus. et emendata nitidaque littera impressus est. ut facile possit quisque omnium autorum lector ad illud rursus ad appollinē delphicū. id est ad quoddam interpretis oraculum recurrere. ubi et vocabula tam theologicę yniuersę. quę iuris ytriusque. ceterarumque facultatum non sine lucidis expositionibus reperiat. Nec eius in orthographia obseruantiam tradiderim silentio. Habet enim tot in se orthographie. id est recte scribendi rationis conatus atque studia. ut nesciam si possit ipsius diligentia saltem aliqua pecunia pariter equiparari. Cōperiet studiosus lector iam dudum latitante diphthongorum artē. quę debet syllabam vel p. ae. vel p. oe. con scribi. quod p. i. vel y. quod aspiratōe vel sine ea. Denique quo sit accentus quodque vocabulum enūciandum. Quod si cunctas velim etiam eruditiones utilissimas hic exprimere. neque membrana sufficere neque dies. Sane sciendum. pro lectoris cuiusque in hunc librum introductione. quod sunt quedam vel noue posita vel abbreviata. Nam cum repereris. tantum valet quod tū ae. diphthongus quę pene ad similitudinē e. lre solet a nobis pronūciari. quę vero p. oe. ponit. quę et ipsa diphthongus instar e. lre a pluribus profert. Item quę ponitur pro quae. et pte pro prae. In quibus autem dictionibus huiusmodi debeant diphthongi collocari. videbis infra. tū in arte Guarini Veronensis literatissimi viri. tū in exercitatioe. hoc est in huius breuiloqui vocabularij assidua lectioe. Ibi enim in practica inuenies quod grammatici in speculatioe precipiunt. Item vbi pe. cor. asperetis penultima correpta scito valere. pe. p. penultima producta. antepe. antepenultima. me. cor. media correpta. me. pro. media producta. Item vbi m. s. masculini generis secundę declinationis. vel mas. ge. masculini generis. Item f. p. feminini generis secundę declinationis. Item neu. ge. neutri generis. Item p. t. p. communis generis secundę declinationis. Item a. p. actiui generis primę coniugationis. a. s. actiui generis secundę coniugationis. n. t. neutri generis tertię coniugationis. a. q. actiui generis quartę coniugationis. d. p. deponentis generis. primę coniugationis. Et sic de alijs.

In presenti libro continentur.

- Item ars diphthogandi Guarini Veronensis.
- Item cōpendiosus dialogus de arte punctandi.
- Item tractatus utilis de accentu
- Item Breuiloquus vocabularius.